

ne Garben. Sic opifces Milites & Agricolæ. Verum *vel male vel* non satis accuratè; nam *primo* fiducia est Virtus quædam theolo-
gica, quæ non nisi DEO innititur, fundamento solido, ex quo et-
iam hypostasis dicitur Ebræor. xi. v. 1. *Secundo* si maledictus pro-
nunciatur, qui confidit in homine Jer. 17. v. 5. quantò magis ma-
ledictus erit, qui confidit arti, robori & copiæ frumenti? *tertio*
quicquid est virium, id omne à DEO, non à nobis, adeoque uni-
cuique dicendum ex Psalm. 120. v. 1. & 2. de Psal. 124. v. 8. qua-
propter ita quandoque loqui solemus, non accuratè, & perversè
atque impie, si scil. hoc ita intelligamus, quasi collateraliter DEO
Creaturam ponamus Objectum fiduciæ, quique frequenter hic for-
mulis utuntur, illis occinendum illud Psal. 62. v. 9. & 10. nec non
illud Psal. 118. v. 8. *secundo* phrasis illa dextre est accipienda, ex-
plicanda & intelligenda, si velimus illa uti, adeoque terminus *fi-*
duciam ponere dextrè exponendus, & **Creatura** illa, quæcunque
sit, sive Robur sive Ars, sive aliquid aliud, ita quidem, ut *fiducia* non
notet illam virtutem, quæ soli Deo hærere tenetur, sed consi-
dentiam qualemcunque: *Creatura* autem non accipiarur sub no-
tione Termini, sed Medii & organi, divinitus sanciti benedicti,
& ad aliquod opus destinati, sic e. g. terminus *confidere* usurpa-
tur à *Salomone*, cum dicit de Muliere proba proverb. 31. v. XI. *con-*
fidit in ea Corviri, sic *Abrahamus* adhibuit arma sub DEO & illis in-
struxit vernas suos Gen. 14. v. 14. Sic David Deum & arma conjunxit
Psal. 18. v. 35. Sic Paulus providentiā DEI & navem copulavit Act.
27. v. 31. 32. seq. *tertio* sicut excedi potest, nullam **Creaturā** admit-
tendo, contra illud: *Dominum Deū tuum non tentabis* Mat. 4. v. 5. 6. 7.
ita excedi facile potest, nimium **Creaturæ** tribuendo, & fiduciam
illam, quam imperat secunda præceptorum Tabula, in fiduciam
primæ convertendo, quæ omnia probe expendit. *B Lutberus.*

CAPVT IV.

DE ANGELIS.

*Num ex Lumine Natura evidenter demonstra-
ri possit Existentia Angelorum?*

Spiritus non agnovisse Sadduceos, constat ex Acto 23. v. 8. ex
P.I. Th. C.

M m m

Gentis-